



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Pastorale Missionariorvm

Verjuys, Jean-Baptiste

Antverpiæ, 1682

9. Quinam sint defendentes qui in Bulla Cœnæ exprimuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41565**

Per hoc enim sufficienter satisficit fini & intentioni Pontificis, ne libri illi veniant ad manus illorum quibus non est licitum ipsos legere, & si permittatur monasteriis (uti in omnibus fit) conservare in isto loco, qui Infernus dicitur, alios libros hæreticos, non est ratio cur non reponantur etiam illi quos aliquis Religiosus ad usum habuit. Imo non video quid obstat cur non satisfaciat etiam persona non Religiosa, si libros hæreticos & alios prohibitos quos habet ibi reponat.

---

### ARTICULUS IX.

*Quinam sint defendentes, qui in Bullæ Cæna exprimentur.*

**C**ertum est illos censuris Bullæ involvi, quomolibet, ex quavis causa, publicè vel occultè, & quovis colore libros hæreticos hæreses continentes, aut de Religione tractantes defendunt, quia hoc satis in ipsa Bullâ exprimitur. Comprehenduntur ergo illi qui dicunt illos malè prohiberi, & qui impediunt ne ad manus Inquisitorum, aut Ordinariorum reponantur, aut saltem ne tradantur locis sequestratis in Bibliothecis Religiosorum. Et multò magis qui talium librorum fundamenta approbant.

probant, ac si verè convincant in materia hæresis. Et qui componunt apologias pro illorum librorum defensione, licet etiam secretò nemini ostendendo, Non tamen illi qui ipsum auctorem laudarent de ingenio, stylo aut eloquentiâ: dummodo non laudarent in quantum est hæreticus.

Inquires: Quid dicendum sit si quis tantùm disputationis, aut majoris inquisitionis gratiâ aliqua argumenta proponat. Resp. Quod hoc ex intentione & circumstantiis pensandum sit. Si enim hoc faciat dum est in dispositione ut ad fidem Catholicam se convertat, nulla est difficultas, cum laudabile sit, ut omnia bene discutiat, ut tanto firmiter se convertat. Si autem Catholicus sit & pravo animo, vel ex respectu Auctoris id faciat, verè inter defendentes erit computandus.

---

## ARTICULUS X.

*Virum in locis missionis, liceat quibuscumque legere Biblia in linguâ vulgari.*

**I**N indice librorum prohibitorum edito jussu pij IV. regulâ 4. hoc est expressè prohibitum; & committitur Inquisitori aut Episcopo